



**R.D. Iacobi Marchantii Vitis Florigera**

**Marchantius, Jacobus**

**Coloniae Agrippinae, 1661**

64. In eodem Festo unica. Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

2. O quam beata fuit hanc beatitudinem Theresia huic Samaritanæ & puero ejus maxime devota! Jam ab adolescentia, sitiebat justitiam & gratiam ex parte isto securitatem, ardeat proliis desiderio. Sic enim fateatur cap. 30. vitæ suæ. O quam sepe mihi in memoriam venit aqua illa viva, de qua Dominus Samaritana! Magna utique devotione ad illud & evangelium favor: & verè jam ab adolescentia affectu quodam ad illud ferebat, licet necdum plenè scirem donum Dei, nec plenam illius boni notitiam adeptam forem, prout modo dedit mihi Dominus. Atamen sepe rogabam Dominum, ut mihi daret de hac aqua, semperque mecum circumferrebam imaginem Samaritanæ cum inscriptione verborum qua ad fontem protulit: Dominus da mihi hanc aquam. Quod si jam à tenera ætate sitiebat justitiam & gratiam pro se, in ætate perfecta summo pete illam sitiebat pro omnibus animabus. Cum in Gallia damna, & maledictam illam haresim incremencum sinere, gravi transfixa dolore plorabam, supplicanti Domino, ut tanto malo ferret remedium, luctensque exoptissem mille vitas (sic mihi quidem videbatur) ut uni animæ tantum munere succurrerem. Attendens interim me mulierem, & quidem miserandam, qua in hac re obsequium nullum Domino prestare possit: resolvi austeritatem omnem possibilem sectari cum sororibus, & occupari ex toto orationi pro his qui se impendunt in defensionem Ecclesiæ suæ. Doctores sint, sive Prædicatores, ut sic Domino pro viribus auxiliaretur in hoc negotio, quia viros per fidei proditores cruciatur, nec habet locum ubi cum quiete reclinet caput suum pretiosum. Sic ergo allocutus sum confodales meas. O in Christo Sorores dilectissima, adjuro te me, ut pro hac re Dominum deprecer! In hunc enim finem hic associavit nos Dominus, hac est vocatio vestra, hoc negotium cui totè debetis incumbere. Hac sunt desideria quibus impleri vos opto: huc tendant lachrymæ vestre, preces, & gemitus. Ita loquebatur S. Theresia sitiens conversationem animarum, sitiens & esuriens justitiam pro omnibus hominibus, patiens se interim amaro potu lachrymarum, ut aqua viva eos Dominus pacifice dignaretur.

Theresia cap. 30. vitæ suæ.

Theresia in vita ejus l. 2. c. 2.

Deo. 9.

2. Reg. 2.

3. O quam beatus quoque hanc beatitudine inter antiquos Propheta Daniel, qui ideo dictus est Vir desideriorum, qua miro modo desiderabat, elaruebat, sitiebat justitiam. Ideo quoque missus est ad eum Angelus, qui dixit exauditas esse orationes ejus, suas pro conversione populi sui, & educatione & captivitate ad servendum Domino in justitia & sanctificatione.

An non & David videtur tibi sitisse justitiam, dum dicit: O si quis mihi daret potum aqua de cisterna Bethleem! Certè non materialem aquam videtur postulasse, quia illam mor profudit, & Domino libavit, sed aquam vivam desiderasse censetur, & quidem ardentissimo desiderio, de fonte illo qui citi debebat in Bethleem, hoc est de Christo, fonte gratiæ & salutis, ut alibi explicuimus.

Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequuntur.

Hæc est quinta Beatitudo, promptitudo scilicet quædam animi quæ homo movetur ad eam patientiam miseriæ proximi sui, ex charitatis affectu ei impendens omne quod proest auxilium & consilium. De hac dixit Sapiens: Qui proutus est ad misericordiam, benedicitur. Utrique benedicitur ab hominibus, benedicitur & à Deo, & gratiam pro gratia, misericordiam pro misericordia consequetur, Non enim patitur Dominus ulatenus miseris impensam misericordiam in oblivionem ire, aut irremuneratam permanere. Propterea etiam monebat filium suum Tobias: Noli avertire faciem tuam ab illo paupere: ita enim fiet ut nec à te avertatur facies Domini. Quomodo poteris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: sexaguum dicam exiguum libenter impertiri stude. Quali dicat: Imitare oves, quæ ubi plenæ sunt, in certam imbrem abundantem refundunt, ut eam irrigent & fructiferam reddant. Sic tu plenus esto misericordiâ, si te Deus replevit abundantia: profunde copiosum imbrem in sterilem humum, in necessitates inopum, ut etiam abundantem misericordiam refundat tibi Dominus.

5. Beatitudo.

Provi. 11.

Tob. 4.

Multiplicem autem benedictionem consequuntur misericordes, tum in hac vita, tum in morte; tum enim post mortem.

Primo. In hac vita benedictionem & misericordiam consequuntur, quâ à peccatis liberantur. Respicit enim Deus eorum misericordiam erga inopes, eos attrahit ad suam misericordiam, in partans gratiam ad pœnitendum de peccatis præteritis, & ad præcavendum à futuris. Quapropter occidere possunt cum fiducia illud Psalmistæ: Misericordia ejus præv. nescit me. Et rursus illud: Misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vite meæ. Opera enim misericordiam dispositio sunt ad justificationem in peccatore, & præmunitio contra peccatum in pœnitente.

Quinimodò opera misericordiam & elemosinæ à parentibus exercita non solum illis profunt, sed etiam toti familiæ, tam pro benedictione temporalium, quàm pro spiritualium. Quapropter S. Cyprianus illis qui se excusant ab elemosyna, quia multæ eis proles sunt domi educandæ, respondet, eò plures elemosynas ab ipsis erogandas. Rationem addit, quia cum sæpius peccent proles, oportet eorum peccata redimere, vel ab eis illa avertere misericordiam pauperum. Oportet eos hæc erogare, ut Deus eos sanctificet, dirigat in viam rectam, statum congruum inspiret. An non propterea Job quotidiè offerebat, & elemosynas largiret profundebat? Sic prælo Job comedens, inquit ipse, excelsam solus. Si de vellerebus 2. 9. 10. 22.

Cypri. de elem.

2. 9. 10. 22.

miis pauper non est calfactus, non habet Deus partem mecum. An non & Monica S. Augustini mater ad altare offerebat sua, & inopum necessitatibus sublevandis vacabat, ut filio suo Deus miseretur? An non & tandem operibus pietatis & misericordiarum pro illo misericordiam est consecuta? An non etiam asserit Propheta rependi benedictionem filiis pro parentum misericordia, dum dicit: *Tota die miseretur & commodat, semen illius in benedictione erit?* Beati ergo misericordes, quia pro se & pro suis misericordiam consequentur, pro se & suis benedictionem hujus vite, tam temporalem, quam spiritua-

lem nascuntur. *Secundo*, in morte benedictionem & misericordiam misericordes consequentur, quia eos a mala morte eripit Dominus. Propterea monebat filium Tobias: *Præmium bonum tibi thesaurizas in die necessitatis, quoniam elemosyna ab omni peccato, & a morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras.* Ideo etiam dicit S. Hieronymus epist. ad Nepotianum, nunquam se vidisse aut audivisse malam mortem defunctos, qui se totos pauperibus sublevandis impenderunt. Idem asserit Augustinus, sive quisquis auctor est sermonum ad Fratres de Eremito serm. 55. Huc etiam spectat illud Psalmiste: *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem; in die mala liberabit eum Dominus. Quis est qui intelligit super egenum & pauperem? Ille est, secundum Interpretem Chaldaicum, qui cogitat de rebus pauperis, ut ejus miseretur.* Itam ego in die mala liberabit Dominus. Quamnam dies mala, nisi mortis dies, dies languoris & angoris? Felix quem tunc liberabit Dominus, & contra angustias confortabit, conservabit, vivificabit. Tu Deus instar Matris officiosa: tunc veritas & molliter componis stratum eorum qui misericordes fuerunt erga inopes, tu vicissim tunc illis opem fers & solatis, ut allevies dolorem & procures consolationem. Hoc promittis & spondes eis per Prophetam psallentem: *Dominus opem ferat illi super lectum doloris, universum stratum ejus versabit in infirmitate ejus.*

Psal. 36.

2. In morte.

Tob. 4.

Psal. 40.

3. Post mortem in judicio.

Tob. 4.

Matth. 23.

miis fratribus meis fecisti, mihi fecisti. His verbis attende quomodo animantur divites, animantur & pauperes. Divites quidem monentur rememorare se dispensatores esse, seque pauperibus quod donant, Christo tribuere, quia ejus fratres ejus membra sunt. Felix qui Christum pacis, fovet, vult in his membris. Pauperes autem admonentur felicitatis suae, qui fratres a Christo vocantur, dum alii repelluntur a portis gloriae, & dicitur eis: *Nescio vos.* Quocirca B. Ephrem de spirituali agone in hanc rem sic dicit: *Quis porro dignus, qui ita felix in illa hora, quando cuncti exhorrescunt & contremiscunt Angeli & homines, ut tunc mereatur nominari Frater Christi? Quam multis tibi thesauris istud erit potius? Quam multis opibus & coronis vix ista excellor & præstantior?* Itaque beati pauperes, si in humilitate, patientia, mansuetudine, pietate, serviant Domino, & agnoscant se ejus esse membra infima, ab eo tamen honoranda, cum capri suo fuerint in his omnibus conformia. Quia dignatus est Dominus eligere paupertatem, ut eam proponeret ad imitationem: dignatus est spinis coronari, ut ostenderet sub spinato capite non decere membra esse delicata & mollia. Beati quoque divites, si membris istis infimis dignentur esse fautores, si & in illis agnoscant illum quidem fecerit pauperem, ut de paupere probe divitem, probe inquam, fidelem dispensatorem. Beati qui esurientem in paupere paucunt Dominum in tempore, ut ab eo pascantur in æternitate. Beati qui illi scientiam dant calicem aquae frigidae, ut ab eo accipiant fontem aquae vivae. Beati qui inopem vestiunt, quia Agni immaculati glorioso vellere vestientur. Beati qui a vinculis captivum redimunt, quia & ipsos a peccatorum vinculis absolutos dignabitur Dominus in libertatem Filiorum Dei afferere. Beati qui agrum visitatione sua consolantur, quia & vicissim visitabit eos Deus in salutari suo. Beati qui peregrinum suscipiunt hospitio, quia propterea suscipiuntur in aeterna tabernacula. Beati qui mortuum sepeliunt ex pietate, quia vitam recipient pro pietate istius mercede. Hæc sunt multiplicia opera misericordiarum, pro quibus omnibus generaliter dicitur hic: *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.*

Innumera suppetunt exempla eorum qui ob misericordiam in pauperes admirabilem a Deo gratiam & benedictionem sunt adepti, & supervacuum fore eorum catalogum texere. Paucos interim compendiosè insinuo.

1. O quam beatus hac beatitudine Si Joannes, dictus Eleemosynarius, ab eleemosyis in pauperes profusissimis, penè supra fidem humanam! O quam beatum ejus testamentum, ubi sic scribit: *Joannes humilis servus servorum Dei, propter Pontificatus autem dignitatem gratia Christi liber. Ago tibi gratias Deus meus, quod me dignum coram superique in aeternum, quod me dignum coram*

Exemplis  
Misericordiarum in  
pauperes etc.  
S. Joannes  
Eleemosynarius.

aliquid mihi reliquum sit nisi terra parvi nummi, quam ipsam jubeo quoque dari pauperibus fratribus meis in Christo. Quando Dei permisso fui creatus Alexandria Episcopus, inveni in Episcopatu meo octo millia librarum auris; ex oblatione autem collegi denis millibus plus pecunias. Quas cum scirem esse Christi, Christo dare volui, cui et nunc trado animam. Hoc testamento factio, deposuit spiritum in manus Dei viventis. O virum misericordem, ideoque copiosissimam in oculis misericordiam affectum!

S. Mart.

2. O quam beatus S. Martinus, qui in Christo misericorditer vestivit Christum dimidiata veste, prout ipsemet Christus ei apparet testatus est! O quam beatus S. Osvaldus Rex, cujus dextra non fuit post mortem corrupta, quia in pauperes misericorditer semper fuerat porrecta! O quam beatus S. Gregorius, qui etiam in specie pauperis Angelorum Dominum pascere meruit!

S. Osvaldus Rex Anglia.  
S. Gregor.

S. Carolus Borromaeus.

3. O quam beatus hanc beatitudine inter ceteros S. Carolus Borromaeus, qui postquam suppellestem totam, ipsam quoque lectum, in aegros alendos tempore pestis contulerat; numquam postmodum in lecto recubuit, sed super nudis asseribus! O virum aevi nostri summè misericordem, cujus elemosinas enarrabit omnis Ecclesia Sanctorum usque in saeculi finem!

Videri etiam potest admirabile exemplum de puella Alexandrina ob misericordiam in quendam desperam exercitiam admirabili misericordia à Deo ad baptismum vocata, & à peccatis exempta. Historiam retuli in Candelabro mytico, tract. 2. lect. 6. circa fin.

6. Beatitudo.

Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.

**E**CCE verbum breve, sed salubre. Res pretiosa est cordis munditia, cujus possessores beati dicuntur, cui visio Dei & aeternae vitae possessio promittitur. Redundum ergo unicuique ad cor suum, & diligenter inspiciendum, an haec cordis munditiam certò possit in se reperire. Si non esset pretiosa & multum desiderabilis, non tantopere illam exoptaret Propheta, qui orans dicebat: Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innova in visceribus meis. Beatus: Fiat cor meum immaculatum, ut non confundar. Hanc munditiam exoptatam affectus est, alioqui non diceret Dominus de ipso: Inveni David virum secundum cor meum. Dicebat Sapiens: Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam laborum habebit amicum Regem. Propheta David fuit adornatus gratia laborum, quae elucet in orationibus continuo ad Deum profusus; simulque dilexit cordis munditiam, pro illa frequenter orans: ideo coelestem Regem amicum habebat, ejusque amorem ita sibi conciliabat, ut in amoris & benevolentiae securum testimonium hoc eam titulo insigniat. VIR SECUNDUM

Psal. 50.

Psal. 118.

Act. 13.

Prov. 22.

COR MUNDUM. Hunc quoque titulum participant quicumque cordis munditiam diligunt, & orationis frequentiam, cordis puritatem per laborum gratiam coram Domino effundentes. Propterea dicitur hic dicitur: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.

Sed quaeritur, quid sit esse mundum corde? Dicamus primo, mundicordes rectè intelligi eos qui non solum corpore, sed etiam corde accogitatione casti sunt, quique castimoniam sic diligunt, ut omni studio propudient quicquid ei maculam aspergere valeat. Concupientia luscitat omnes impuras cogitationes, sicut ignis fumum: At hi qui mundi corde sunt, ne fuliginem inde contrahant, mox initium fumi illius, hoc est primos concupiscentiae motus, extinguere & superare conantur. Hanc cordis munditiam vocat Apostolus sanctimoniam: Pacem sequimini, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum. Cum enim castitas sit corporis & mentis sanctitas, ab Apostolo hic sanctimoniam designatur nomine. Interprete S. Chrysostomo, Hieronymo, Augustino. Et cum castè viveat templum sint spiritus sancti, ut dixit S. Lucia, non mirum si Deus in ipsis habitans sui visum eis indulget. Neque tamen per castitatem hic solum intelligenda est virginitas, quia & in conjugatis castitas reperitur, si fides mutua & Sacramenti leges illibate serventur.

In vitis Patrum legitur, S. Macarius audisse coelestem vocem: Necessum duarum conjugatarum in urbe vicina habitantium perfectionem attigisti. Ille divino spiritu ductus pergit, & domum ingreditur duarum sororum duobus fratribus matrimonio copularum; à quibus importuna prece extorquet, ut edicant vitae suae seriem. Quae tandem factae sunt se undecim annis in eadem domo cohabitasse summâ pace & concordia inter se & viros suos, sequè sapiens enixè postulasse, ut vitam coelibem agere vellent: quod cum impetrare non valerent, cordis puritatem se Deo obtulisse, & jugiter advigilasse ne verbo aut opere Deum offenderent. Hoc audiens Vir sanctus, exclamavit: In quocumque statu cordis puritas Deo placet, ita ut puritas conjugatarum, puritatem Virginum & Monachorum quandoque excellat.

Secundo, dicamus per mundicordes intelligi illos, qui nullâ mortifici peccati labe cor habent intactum in hoc studiosè incumbentes, ut inter munditiam alant, omne vitium, omneque casti desiderium perversum animam inficere potens exhorrentes. Hos mundo corde dicit Dominus, quia cor fons est peccatorum omnium: De corde exeunt cogitationes male, homicidia, adulteria, fornicationes, furtiva, falsa testimonia, blasphemiae, quae inquinant hominem. Prava nempe voluntas, pravusque affectus per cor significatus, illa omnia inquinamenta progignit; unde beatus est qui potest dicere: Mundum est cor meum, purus sum a peccato. Qui cor habet purum, Fontem censetur possidere à quo

à quo omnis puritas in omne opus fuit. Hinc & illud Basilii: *Primum beatissimum est, quod in corde nostro purum, quia radix est omnium corporis actionum, cordis consilium.* Interiora igitur tua penetra, & conscientiam scrutare, quisquis es beatitudinis appetens, & visionis divinæ cupidus; sciasque non sufficere quod manus haberas innoxias à pravo opere, nisi & a pravis cogitationibus munderis in mente. Propterea etiam Psalter cecinit: *Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius?* Respondet: *Innocens manibus, & mundo corde.* Quisquis externa tantum virtutis speciem præ se fert, & cordis munditia non studet, beatitudinis exorsus est. Huic quoque illud convenit in Pharisæo prolatum. *Va vobis, quia mundatis quod deforis est calicis & paropidis, intus autem pleni estis rapina & immunditia.* Munda prius cæce Pharisæe, quod intus est, ut sis id quod deforis est, mundum. Non non vis cæcos intercederent, O Christiane, munda cot tuum; sic interioram partem mundabis, inde & externa opera tua munda erunt & placita Deo.

Psal. 23.

Matt. 23.

xl. III. Quia à venialit etiam se custodiant.

Tertio, dicamus illos esse perfectè mundicordes, qui etiam à pulvere venialium sese exterge solliciti sunt, & immaculatos ab hoc sæculo custodire, ut possint dicere Deo in sinceritate & candore: *Dene cordis mei.* Hanc manditiem cordis sic exprimit & commendat Seraphicus Franciscus in opusculo de decem perfectionum: *Perfectio perfecti Christiani est, quod cor suum ab omni mundana & humana creatura eradicet, nec quarat aut inveniat fundamentum aut radicem nisi in illo qui fecit sibi cor; sed consuescat cor projicere in ipsum Deum, & de facibus terrenis frequenter elevare: ita ut sine peccato cum voluerit revertatur ad Christum cogitandum, afficiendo se ad cordis Creatorem & inventus sit in omni loco & tempore altissimo benefactori.* Hæc ille. Nempe fugit mundum, qui vult esse mundus; & eum qui est corde mundus, jam non delectat mundus. Fugit creaturas, qui vult possidere Creatorem; omnis creatura et vilescit, & tunc Creator in corde dulcescit.

Tales ergo mundicordes absque dubio videbunt Deum, tum in hac vita, tum in altera. In hac quidem vita per contemplationem amorosam, in altera per visionem & fruitionem consummatam; in hac vita per speculum, in altera vita facie ad faciem. Quomodo per speculum? Audi mellissimum Bernardum Principale speculum ad videndum Deum est animus rationalis inveniens seipsum. Si enim invisibilia Dei per ea que facta sunt, intellecta conspiciuntur, ubi expressius quam in ejus imagine cognitionis ejus impressa vestigia reperuntur? Tergat ergo speculum, munde spiritum suum, quisquis sicut videre Deum suum. Hoc speculum verus patiens non cessat quotidiè inspicere, tergere, tenere, custodire. Inspicere, si quid reperiat Deo displicens. Tergere, non solum peccata actionum, sed & cogitationum. Teneat, ne deorsum cogitans

Rom. 2.

Tract. de interiori corde s. 13.

terram per amorem inhæreat, & ne inanem cogitationum pulvere soedescat. Custodire, ne sit ejus tabernaculum est cum hominibus, & delicia cum filiis hominum, qui ad osium stat & pulsas, quacumque horâ intrare volent, habitaculum mundum inveniat. Deus enim munditiæ amator cor pollutum habitare non potest. Hæc S. Bernardus tract. de interiori domo cap. 13. Ac deinde sequenti capitulo idem profequitur, & ostendit quomodo talis mundo corde Deum videat per internam illuminationem, sic subjungens: *Exterso igitur speculo, & diu diligenter inspecto, incipit ei quadam divini luminis claritas interlucere, & insolite visionis radius oculis cordis apparere. Ex hujus luminis visione animus inflammatu incipit munda cordis actio superna & interna conficere, Deum diligere, Deo inhærare: cuncta que ad hunc, tanquam non sint, considerat, cunctis affectionibus renunciat; totus soli incumbit amori, sciens solum illum esse beatum, qui Deum amat.* Hæc scribit S. Bernardus, vir utique mundi cordis, qui noverat per experientiam, quam beatitudinis mundo corde, & quomodo hic Deum puro cordis oculo contemplantur. Sicut enim oculum corporis, ut Solè inspiciat delectabiliter, necesse est esse purum à pulvere & noxio humore: sic & oculum cordis, ut divinum Solem contempletur, immuncem necesse est esse à sæculi pulvere & vitio mundi humora.

Audiamus, post S. Bernardum, virum alterum recti & mundi cordis eadem esse differentem, Thomam scilicet à Kempis lib. 2. de imit. c. 4. ubi sic habet: *Duabus aliis homo subleatur à terrenis, simplicitate scilicet & puritate. Simplicitas debet esse in intentione, puritas in affectione. Simplicitas intendit Deum, puritas apprehendit & gustat. Sicut gaudium in mundo, hoc utique possidet puri cordis homo.*

Quam felices ergo sunt, qui mundo sunt corde, quandoquidem eos Dominus dignetur tali in hac vita remuneratione, sui scilicet & in hoc sæculo & in altero visione! Audi horum exempla.

1. O quam mundi cordis, quamque beata fuit hac beatitudine S. Gertrudis, quæ de se sic scribit: *Mundi-Cum cantaretur Responsorium: Vidi Dominum facie ad faciem, inestimabili coruscatione illustrata est anima mea. Apparuit tamquam faciei mee facies quadam, non formata; sed formans, non perstringens oculos corporis, sed faciem laticans cordis, gratia amoru in unum, non colore. Ex hac mellissima visione, cum solares oculis, Domine Deus, oculis meis directè oppositi viderentur, qualiter tu suavis dulcedo mea tunc affectu non solum animam meam verum etiam cor meum cum omnibus visibus, tibi soli notum est; Da proinde, ut, quando vivero, persolvam tibi famulatum devotum.* Hæc ipsa.

2. O quam beata hac beatitudine fuit S. Cecilia, quæ cantantibus organis nihil aliud in corde suo decantabat Domino: *Erat cor & corpus meum immaculatum, ut non confundar! Ideo videre meminit Angelum coramam sibi affatorem, quam se ostendit*

Exemplis cordium.

dit Valeriano Sponso, ad munditiam cordis & castitatem corporis cum invitans, ut & ipse hac beatitudine decoraretur.  
7. O quam beata hac beatitudine S. Catharina Senensis, cui cum Dominus cor proprium abstulisset, & summi illi in commutationem donasset, tantum ardorem, tantamque cordis puritatem & renovationem persensit, ut ad innocentiam & ætatem quatuor aut quinque annorum se reduisse putaret. *Historiam hanc retulit in Horto Pastor. 1. ad. 3. lect. 2. in fine. Videre potes etiam exemplum ex Thaulero, à nobis relatum Horti Pastor. tom. 2. tract. 3. lect. 5. in fine.*

fluens & restans, ita cor impij. Et sicut fluctus maris propellunt ad littora eorum & lutum, spumas, cadavera, & alia putida ejectiona, que sunt conculcatione digna: Talia etiam producit cor impij, sive cogitationes ejus consideres, sive verba passionis plena, sive cupiditates opere completas. Ideo subdit: *Non est pax impiis, dicit Dominus*, quia pacem querens Apostolus, dicit contra: *Pax Dei exulset in cordibus vestris. Quid est, Exulset? Altera lectio id explicat, dicens: Pax Dei palmam ferat in cordibus vestris.* Si pugnent cogitationes, si ira, concupiscentia, ambitio, aut alia quolibet passio cor adfuerit. Pax Dei palmam ferat, passionem illam reprimens & superans: sicque instat triumphatoris exulset, & rotam cor possideat, relegatis omnibus adversariis sibi cogitationibus simulatum excicare conicantibus.

7 Beati.

Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.

Hæc est septima beatitudo, frequenter à Domino commendata, quia semper solitus fuit pacem commendare. Quam pacem explicans & commendat S. Augustinus sermone 177. de verbis Domini, sic ait: *Pax est serenitas mentis tranquillitas animi, simplicitas cordis, amoris vinculum concordiam charitatis.* Hæc est que similitates tollit, comprimis iras, superbos calcat, humiles amat, discordes sedat, cum illis est placida. Non querit alienum, nihil deputat suum, docet amari que odisse non novit, nec se extollit, nec se inflari. Hanc ergo qui accipit, teneat; qui perdit, repetat; qui amisit, exquirat: quoniam qui in ea non fuerit in ventus, abdicatur à Patre, excludatur à Filio, à Spiritu Sancto alienus efficitur.

Qui dicuntur pacifici  
1. Pacato corde.

Quæritur verò, quomodo hic dicantur Pacifici? Respondet primo, illos recte dici pacificos, qui in semetipsis pacato sunt corde, & tranquilla mente, quia affectus inordinatos animum perturbantes student subjungere & rationi subicere. Sic interpretatur S. Augustinus cap. 1. de serm. Dom. ubi ita habet: *Pacifici in se ipsis sunt, qui omnes animi motus componentes & rationi subicentes, carnalesque concupiscentias habentes edomitæ, sunt regnum Dei.* In quo ita sunt ordinata omnia, ut id quod in homine præcipuum est & excellens, imperet, hoc est mens & ratio. & ipsa subiciatur potiori, quod est ipsa veritas unigenitus Dei Filius. Hæc est pax que datur in terra hominibus bonæ voluntatis, hoc est illis quibus bene vult Deus, sive quos eligit & diligit. Hi enim sunt homines bonæ voluntatis, qui & alibi dicuntur Filii dilectionis. Impii & reprobi è contra pacem hanc internam non habent, sed enultrum & rebellionem patiuntur continentiam, ob desideriorum inordinatorum turbam, quam non norunt comprimere, sed permittunt ipsam mentem & rationem opprimere & calcare. Hoc consideram facile potest in avaro, in luxurioso, in ambitioso, in iracundo, & passionatis aliis hominibus, in quibus nulla est tranquillitas, ut propterea dicatur de illis: *Impii, quæsi mare fervens, quæsi quiete non potest, & redundans fluctus ejus in conculcationem & lutum.* Quali dicat: Sicut fluctus continuos dat mare fluctus, aut sicut Ruripus septies per diem

isa 57.

Hæc igitur pax hominis in seipso, pax cordis est, à qua homo merito Pacificus dicitur, & consequenter beatus: quia hæc pax cordis simul involvit pacem cum Deo, pacemque cum proximo. Pacem quidem cum Deo, quia cum Deus maxime admet pacem, & se Deum pacis nominati velit, hi ideo internam alunt pacem, ut ei placeant, nec ullam re eum offendant, aut ab eo discordent. Pacem quoque cum proximo, quia qui corde est pacato, pacem cum omnibus servare studeat, nec facile offendit, aut offenditur. Immo & cum illis qui oderunt pacem, est pacificus, carboesque congerit super caput eorum, & in funiculis Adam, in vinculis charitatis eos trahit, beneficis devinciens, ut pax maneat in eternum. Hæc est ergo vita perfecti consummatique Sapientis; sicut S. Jacobus asserit, sapientia que de celo est, pacifica est: *Quæ desursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suavis, bona consentiens, inquit ipse.*

Respondet secundo, hic maxime dici pacificos, secundum mentem Salvatoris, qui non solum in se pacati sunt, & cum aliis pacem servare studeat, sed amicitiam qui discordantes alios ad pacem reducere cordati conantur. Quapropter attende, quam apte septimo loco inter beatos connumerat Dominus pacificos, sive pacificantes & pacis conciliatores: conformiter scilicet dicto Sapientis, qui è contra postquam enumerasset *sex qua odit Dominus*, inter que primum est *Sublimitas oculorum*, cui opponitur hic paupertas, simul *humilitas spiritus* primo loco dicit septimum quod detestatur anima ejus, esse, *semine inter fratres discordans*. Huic ergo quam bene opponitur septima beatitudo hæc: *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur?*

Quod si beati dicuntur, qui homines dissidentes inter se reconciliare student; quanto magis qui à Deo discordes per peccatum homines, ad pacem cum illo revocant? Verè & hi Pacifici merito dicuntur, & Legati pacis: quales sunt non solum Apostolus, sed & totum in celo imitatoris, animarum convertentium.

tionis, five verbo, five consilio, five aliquo modo incumbentes pro modulo suo. De his igitur & hic loquitur Christus, qui oculos elevabat in discipulos, dum pronuntiavit: *Beate pacifici.* Cumque pax cum Deo sit sola vera pax, ad quam predicandam delinabatur Apostoli, de ea potissimum Christum hic loqui censent ex SS. Patribus nonnulli. Quapropter de huiusmodi pacificis dictum Domini intellexisse videtur S. Basiliius q. 215. ubi cum proposuisset hanc questionem: *Quis est pacificus ille, qui à Domino beatus predicatur?* Respondet. *Qui Domino cooperatur, sicut dicit Apostolus: Pro Christo legationem fungimur, tanquam Deo exhortante per nos, obsecramus pro Christo reconciliamini Deo.* Et rursus: *Iustificati ex fide pacem habeamus ad Deum. Nam pax que aliter se habet, negata est à Domino, ubi ait: Pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat, ego do vobis.* Ita S. Basiliius. Itaque pacifici sunt illi, de quorum beatitudine Isaias vacinijum protulit: *Quam pulchri sunt super montes pedes meos annunciantis pacem, annunciantis bonum, predicantis salutem, dicentis Sion: Regnabit Deus tuus?*

De his maxime Christus loquitur.

2. Cor. 5. Rom. 5.

Joan. 14.

Isai. 52.

Pacifici filii Dei dicuntur. 1. quia Deum imitantur. Joan. 8.

Exemplum

2. quia Dei Filium imitantur.

Coloss. 1.

omnia in ipsum. *Pacificus per sanguinem crucis eius, five que in terra, five que in caelis sunt.* O Dei bonitatem, nos ad reconciliationem & pacem vocantis Filium Pacificatorem mittentis, qui per sanguinem & crucem pacem faceret; Hanc admiratur S. Chrysostomus, dictum Apostoli locum explanans: *Magnam esse reconciliationem quod per Christum fiat, magis est: atque hoc quoque ipso magis est illud, quod per sanguinem eius factum est; non simpliciter per sanguinem, sed quod amplius est, per crucem, in qua hic sunt quinque precipua & admiranda Deo nos reconcilia vitæ reconcilia vitæ Christus ipse ipse; per mortem; per crucem; Hæc ille. Magnus ergo Pacificator Christus; & quia eum imitantur filii adoptivi pacem internam, pacem externam, pacem æternam in se & aliis ad amantes, ideo beati dicuntur, & speciali titulo, Filii Dei.*

Sed concludamus, & aliquos pacificos in medium producamus.

Exemplum pacificorum.

psal. 119.

1. Reg. 24.

1. Reg. 25.

1. O quam hac beatitudine beatus propheta de se ipso testatus: *Cum his qui oderunt pacem, erit pacificus;* Attendens, quam pacificè loquitur cum hoste Saule necem sibi moliente, quem interficere in spelunca poterat. *Inclinans se pronus in terram adoravit, dixitque ad Saul: Quare audis verba hominum loquentium? David queri malum adversum te? Pater mi, vide & cognosce oram clamantis tuae in manu mea, quoniam prescinderem sumitatem, nolui extendere manum meam in te. Quem prosequeris, Rex Israel? Canem mortuum, pulicem unum.* Sic ad pacem blandissimis & humilissimis verbis adducere conatur vir summè pacificus hostem suum. Et quidem agnovit ad tempus Saul culpam, quia levavit vocem suam, & flevit, dixitque: *Iustior es quam ego. Tu enim tribuisti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala.* Sed pacis oblitisceretur, quia mox malignus auctor dissensionis eum invadebat, & innocuum invadere fuggererat.

2. O quam beata à bigail! Cum occurreret Davidi in Nabal iuste inflammato, & suavi oratione eum pacificasset, dicit ei David: *Benedixit Deus Israel, qui misit te hodie in occursum meum & benedixit eloquium tuum; & benedixit tui, que prohibuisti me hodie, ne irem ad sanguinem; & ulciscerem me manu mea.* An non hac beatitudine & benedictione eam benedictam pronunciat David? Imo & suis verbis significat, eum qui pacificus est, five pacis mediator, à Deo mitti, benedictumque esse eius eloquium, & ipsum quoque esse benedictum. Sic & benedicta mulier Theocitis, pacificans eundem Davidem, ut revocet Absalonem.

3. O quam beatus *Frater pacificus*, S. Francisci socius, quid ideo *pacificus* ab eo est nominatus, quia pacificus omnino moribus erat, amatorque & conciliator pacis, ubicunque poterat. Verè lingua eius eucharis multos reconciliavit.

4. O quam beatus eius imitator Fr. Felix de Cantalicia Ord. Capucinorum, qui benedicto eloquio sub multos ad pacem reduxit, & pacem Christi! Cum

Cum quodam die incidisset in duos exercis jam gladiis ad duellum paratos, ex parte inclamare forei voce & zelo: *Heu fratres mei sicut paululum; obsecro vos per salutem vestram, nuncum mihi verbum ante confictum donate, dicit unusquisque, Deo gratias, Deo gratias.* Viri & compulsi eos dicere, *Deo gratias.* Et illico his verbis prolatis, mansuetos animos ad concordiam reduxit, proposita eis peccati gravitate, & charitatis Christianæ obligatione. *O virum pacificum! O virum beatum! O merito inter filios Dei connumeratum!* Vide etiam apud Surium de S. Norberto, quomodo fuerit *Angelus pacis*, ubique eam nuncians, ubique discordes fedas, *Vite c. 13. 14. 15.*

5. O quam beata hac beatitudine S. Monica, Augustini Mater, de qua sic ipse scribit lib. Confess. c. 9. *Inter discordes, ubi poterat, tam se prebebat pacificam: ut cum ab utraque parte multa de invicem audiret amarissima, qualia solet evocare surgens atque indigeat discordia, quando praesenti amice de absentia inimica per acida colloquia creditas exhalat ardiorum; nihil tamen alteri de altera proderet, nisi quod ad eas reconciliandas valeret.* Vitam eam imitari tenent plerumque mulieres, sed potius odia seminant, vel accendunt: hæc est innata penes eas impudentia, vel malignitas. Neque solum ex ea parte beata fuit S. Monica, sed etiam, & maxime ex eo quod conjuncta viro infideli & aultero adeo pacem coluit, pacificis que moribus ita eius animum barbarum devicit, ut etiam tandem ad fidem & pacem Christi feliciter luxerit. *O mulierem fortem & sapientem!*

3. Beati Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum celorum.

Electi Dei ad patientiam pro Deo destimantur.

1 Cor. 9.

1 Cor. 14.

Potissima pars perfectionis Christianæ in laudabili passione & tolerantia propter Deum consistit. Quapropter qui a Deo eliguntur, potius eliguntur & destinantur ad multa pro eo patienda, quam agenda; & in hoc vertice perfectionis est; pati & animam ponere pro justitia & causa Dei. An non ideo dicebat Dominus Ananias de Paulo: *Ego ostendam illi, quantum oporteat pro nomine meo pati!* Eandem ob causam ipse postmodum confirmans animas discipulorum, cum lapidatus fuisset pro Christi fide à ludæis, & instar mortui derelictis, dicebat illis: *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.* Hæc nimirum est porta, per quam Christus ingredi voluit, per quam & suos omnes in regnum perducit. Quam eandem vocem repetiit Vbanus Pontifex, & ceteris instructor, cum jam carceri mancipatum viderat Presbyteri Christiani. Illis enim stentibus & dicentibus: *Ora pro nobis sanctissime Pater, qui est tempus persecutionis imminet.* Respondit: *Nolite ex hoc flere, sed magis gaudete: Per multas enim tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.* Paulò post in tribu-

nal productus, gloriosè propter justitiam & fidem passus est, persecutione beatus, effusus, sanguine viam sibi sternens in regnum celorum. Ita habens eius Acta anno Christi 23.

Conformiter loquitur S. Petrus, & monet Christianam vocationem esse pati pro Domino & veritate, nec novum quid eis cõtingere, si imminet eis persecutio, cum illa & probationem, purgationem, beatitudinem ipsorum ordinetur: *Nolite peregrinari in fervore, qui ad probationem vobis sit, quasi novi aliquid vobis contingat, inquit ipse.* Quali dicit: *Fervor, sive ardor persecutionis, qui vos & vestram tenet & explorat constantiam, non videatur vobis res nova & peregrina, pios enim tenent, & tribulationes ac persecutionem pati, jam ab initio seculi voluit Deus, Sic enim impius Cain pium Abelem persecutus est; & filios Dei persecuti sunt filii hominum.* Sic & Abrahamum persecuti sunt Chanaanæ, Isaacum Ismaël, Loth Sodomite, Iosephum fratres, Iacobum Laban, Moysen Pharao, Hebræos Agyptii, Davidem Saul, Isaiam Manasses, Ieremiam & alios Propetas Iudæi. Hi enim lapidati & scissi sunt, tentati sunt, in occasione gladii mortui sunt, angustiati, afflicti, quibus dignum non erat mundus, in solitudinibus errantes, in montibus & speluncis. Ad dicit postmodum S. Petrus, gloriosum esse pati pro Christo, quia hoc est ei conformari & communicare, ipsiusque spiritum participare, denique & ad confortium gloriæ eius certam sibi viam sternere. Audi ipsamet S. Petri verba plena efficacia, plena spiritus & gratiæ: *Communicantes Christi passionibus, gaudete, ut & in revelatione gloriæ eius gaudere exultantes.* Si approbramini in nomine Christi beati eritis; quoniam quod est honoris gloriæ, & virtutis Dei, & qui est eius spiritus, super vos requiescit. *Nemo vestrum patitur ut homicida aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem ut Christianus, non erubescat: glorietur autem Deo in isto nomine.* An poterat Petrus Apostolorum Coriphæus clarius explicare hæc à Domino hic pronunciatam sententiam: *Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum celorum!* An non & verbis suis illud ipsum complectitur, quod mox Dominus subiunxit: *Beati estis cum vos oderint, & maledixerint vobis. homines mentientes propter me, & gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in calis!*

Sic Evangelicæ doctrinæ conformis est doctrina Apostolica, sive Pauli, sive Petri, quasi voce Christi bene sonanti succinens, & suavissimam harmoniam efficiens in auribus veri Christiani. Sed ut in oro trium testium, & Præconum, ac Cantorum, stetit omne verbum, Petro & Paulo jungamus & Iacobum, sic pronunciantem, sicque concinentem: *Omnia ne gaudium existimate, fratres, cum in tentationes varias incideritis: scientes quod probatio fidei vestra patientiam operatur. Patientia autem opus perfectum habet, ut sitis perfecti & integri in nullo deficientes.* Lecto.



Tentationes varias vocat S. Iacobus omne genus afflictionis & Tribulationis, hominis animum & virtutum tentans & explorans. In his dicit plenum perfectumque gaudium Christiani debere consistere, si animum fide & lucis divinæ radio illustratum veis adhibere, quia maxima pariunt homini bona.

1. Avellunt hominem ab hoc sæculo, & eius illecebris.

2. Signum sunt filiationis & prædestinationis divinæ.

3. Peccati occasiones succidant, & in satisfactioem ordinant præteritorum.

4. Patientiæ humilitatis, omnigenæque virtutis materiam suggerunt.

5. Denique Christo hominem conformant, tandemque coronant penitus expurgatum. Quod ignis auro, lima ferro scalpum lapidi, runcina ligno, lixivium panno, flagellum grano, ventilabrum tritico, fil carni, forax panis, malleus contignationi, hoc tribulatio homini iusto: *Tussonibus, pressuris, expoliti lapides suis coaptantur locis per manus artificum disponuntur permansuri sacris ædificiis.* Propterea igitur S. Iacobus gaudium è tribulatione vult Christianos elicere: quæ est doctrina cælestis & arcana, quam ipse à Christo didicit, Christus autem è sinu Patris illam attulit, & exemplo ac verbo docuit. Vade quantumlibet mundus hoc ignorare velit non potest verum non esse: *Beati qui persecutionem patiuntur.*

Neque verò hoc solum concernit Martyres, qui persecutionem pro fide passi sunt, & pro Christo sanguinem funderunt: sed concernit Christianos, omnino omnes cuiuscunque sint status & ordinis. In quocunque enim statu non desit tribulatio persecutionis, si non desit observantia pietatis. A postolo pronunciant: *Omnes qui piè volunt in Christo vivere, persecutionem patientur.* Persecutores autem non solum sunt homines, sed & dæmones, sed & propriæ passionis. Audi pauca de his tribus persecutoribus.

1. Persequuntur sunt tyranni Martyres, persequuntur hæretici Fideles, persequuntur impii pios Christianos, corde, verbo, vita. Sic homines insurgunt in homines jam ab initio sæculi, improbi in probos. Quæ persecutio initiata fuit per Cain contra Abel insurgentem, ita ut universum de iustis in persona Abelis repræsentatis dixerit S. Gregorius: *Abel sciri non valet, quem Cain malitia non exerceat.* Hæc etiam persecutio adumbrata fuit in collisione Esau & Iacob, jam ex utero. Collidebantur duo parvuli in utero Rebecæ: sic & in utero Ecclesiæ duo populi colliduntur, superbi contra humiles, adulteri contra castos, impii contra pios, prout fusè interpretatur S. August. serm. 78. de temp. Et licet adversus probos quandoque insurgere verbo vel facto censeant impii, at tamen eorum vita impia semper eos cruciare & persequi censetur. Propterea S. August. ep. 45. dixit: *quid sit persequitur vitam bonorum,*

*magis quam vitam iniquorum? Non cum cogit imitari quod displicet, sed cum cogit dolore quod videt. Quoniam coram pro vivens impiè etsi non obligat: consentientem, cruciat sentientem.* Sic piorum cordibus à malis hominum moribus nunquam paritur usque ad sæculi finem. Interim augentur merita piorum, si videntur corporaliter vexantur ab improbis, si videntur in corde torquentur: quia & de Iacob ac Esau dictum est: *Major serviet minori.* Mali enim serviunt bonis, non obsequendo, sed persequendo & cruciando; sic enim lauream eis fabricant cuiusdam martyrii. Certè de Loth dicit S. Petrus: *a spectu & auditu iustus erat, habitans apud eos qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant.* Torus scilicet persecutionem patiebatur & discerniebatur, obscena audiens vel videns inter Sodomitas: *Dicere poterat idem, quod S. Polycarpus de hæreticis: Deum bone, in qua me tempora refervastis, ut hæc audiam!* Hoc & iusti dicunt, in medio nationis prævæ coacti degere: interim non desinit crescere eorum iustitia & beatitudo, sicut lilium inter spinas, ideoque de ipsis dicitur: *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.*

2. Persequitur consuetudo Satan iustos, ideo & Satan dicitur, id est adversarius. A mille sexcentis annis nisodium contra hominem concepit, quod semper parturit, & ubi potest, parit, sicut eius perniciem. Hinc eius variæ persecutiones & tentationes, quasi fluctus fluvibus succedentes, ut eum absorbeant. Ab ipso impetuntur non solum viri & mulieres in sæculo, sed etiam virgines in claustris, Ecclesiæ ministri in templo. Religiosi in choro, Anachoretæ in deserto. Sacerdotes in sacrificio, *Mille nomina habet, mille nocendi artes hic persecutor,* inquit S. Hieronymus. Interim iustus ob iustitiam ab eo persecutionem patiens (ut eam deserere tandem cogatur, & mittere se deorsum) resistit viriliter, luctatur fortiter, & attendit monitum illud Sapientis: *Si spiritus potestatem habentis ascendat super te, ne Eccli. 18. dimittas locum tuum.* Molesta quidem est lucta ista, sed fructuosa; quia si habet penam, habebit & coronam; & quod resistentem fatigat, vincentem coronat. Propterea & de hac persecutione verum est: *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.*

3. Persequuntur nos propriæ passionis vitiosæ, & commantur à iustitia desicere, ut dominentur in nobis: easque contra nos commovet & inflamat is cuius habitus prunas ardere facit. De his sic loquitur S. Hieronymus: *Inde persequitur me luxuria in de avaritia conatur irrumperè, inde venit vultus mihi Dem esse pro Christo, compellit libido aut habitantem in me Spiritum Sanctum fugem; Et templum eius violens.* Certè & hæc gravis est persecutio Sanctis, quam suscitavit concupiscentia intus rebellis, cum qua jugis est pugna. Hanc adumbrabat ludus Ismael cum Isaac, quem Iudum, S. Paulus ad Gal. 4. vocat persecutionem: *Persequatur in qui secundum carnem natus fuerat, cum qui secundum spiritum.* Quem Iudum & persecutionem sic explicat

Tribulatio multa bona parit.

S. Leo.

2. Tim. 3. Persecutores triplices.

8. Homo hominem, variis modis persequitur. Gen. 25.

Euseb. in Chron.

2. Satan.

Eccli. 18.

Job. 40. Hier. ep. 1.

Figura.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK PADERBORN

Origenes homil. in Genes. Si caro, cuius personam gerit, ismael spiritus blandiatur, & ille cerebrosis deceptioibus cum eo agat, voluptate illiciat & molliat; huiusmodi ludus Sara displicet, & persecutio est. Tu ergo non illam solum persecutionem putes, quando favore gentiliū ad immolandum idolis cogaris: sed si forte caro libidinis alludat illecebra, si Sara, hoc est virtutis es filius, velut persecutionem maximam fuge. Sic si iniustitia blandiatur, ut non reatum iudicium feras, sub specie ludi blandam persecutionem pateris. Sic & in aliis vitiis, inquit Origenes, beati & qui hanc persecutionem patiuntur, sed evincunt; adhaerentes firmiter iustitiæ, & gratiæ divini; non obstat quæcumque, vicioforum passionem infestatione.

Non est necesse hic exempla subijcere, cum & Apostoli, & innumeri Martyres, Confessores, Virgines, alique electi Dei non aliud clament (securo vitam, labores, tribulationes interiores & exterioris inspicias) quam nulli contingere beatitudinem, nisi patiendo tribulationem & persecutionem: calcandoque per patientiam, adversa sæculi, securam esse viam regni.

LECT. 64.

DE EODEM FESTO.

Documenta aliquot ex precedenti doctrina.

2. Documentum, de octonario numero

Primum documentum est, numerum hunc octonarium beatitudinem mysticum esse: unde & eius mysterium variè explicant SS. Patres, ut videre est apud Augustinum & Ambrosium. Paucis mysteria hic contenta edisseramus.

1. Esse gradus in templum. Ezech. 40.

Dicamus primò, has octo beatitudines rectè designari per octo illos gradus, quibus apud Ezechielem describitur esse accessus in spirituale & mysticum templum, quod ibi mensuratur. Figura autem erat templi æterni, in quo laudabitur Deus, videtur & amabitur in sæcula sæculorum. Per hos ergo gradus ministratur nobis introitus in illud templum; per humilitatem scilicet, & mansuetudinem; per penitentiam luctum, & esuriam sitimque gratiæ divini, per misericordiam & cordis mundiciem, pacem & patientiam. Et hi quidem gradus singuli ascendendi sunt cum gaudio, nullus prætermittendus. Vnde B. Petrus Damiani hac de re agens, sic monet: *Cantica canticum graduum, & gradatim ascende, nec propro salu aliquem prætermittas.* Has beatitudines vocat ipse canticum graduum novi Testamenti, in veteri non auditum, cum lætitiâ decantandum à filiis Sior.

2. Esse scalam Iacob

Dicamus secundò, has octo beatitudines constituere scalam Iacob, cuius summitati innixus est Dominus, ascendentes angelico adiuvans ministerio, tandemque complectens, & in cælum introducens. Huius scalæ duo fulcra sunt, Fides & Spes, quia reliquæ virtutes hic commendatæ illis inniuntur, tanquam gradus scalæ suis fulcris. E contra, vitia his beatitudinibus opposita & contra-

ria, constituunt scalam Esau, qua, pertrahente demonum impio ministerio, homines descendunt in infernum cum maledictione, ut statim dicemus.

Dicamus tertio, has esse vias quas aperuit nobis Dominus, ut in terram promissionis pertingamus, in terram, & in medio mari huius sæculi per siccam ambulamus, tanquam veri Israelitæ, domus Egyptii fluctibus involvatur, & pereunt. An non audis in cantico Moysis decantari: *Submersi sunt quasi plumbam in aquis vehementibus. Filii autem Israel ambulaverunt per siccam in medio eius?* O felices Filii Dei, qui medio maris huius undosi per vias quas aperuit Christus, ambulant! Fluctibus divitiarum obruantur sæculi huius amatores; O infelices! Per siccam ambulant pauperes spiritus, sæculi contemptores; O beati! Fluctibus inanis lætitiæ & corporis voluptatis emerguntur libidinosi; O infelices! Per siccam ambulabant lugentes, & mundi corde: O beati! Sic de cæteris.

Dicamus quarto, has octo beatitudines esse octo chordas oris Christi, tanquam suavissimæ citharæ, & maxime sonore, à qua dependet tota musica cæli, & sapientia Dei. Audi Rupertum explicantem cap. 5. Matth. *Cecinit canticum beatitudinum cythara gloriosa cythara sonora & dulcis, cui nota erat & esset ista musica Patris, universa sapientia Dei. Oda chordis antiquis cythara fiebant, & quoque primam eadem voce sonabat per octavam. Quia septem tantum sunt discrimina vocum, & octava vox eadem que prima est, quod Masice non est incognitum. Sic in ista beatitudinum cantilena, que prima, eadem octava sententia est: Quoniam ipsorum est regnum: & gloriam. Hæc ille. Felix qui cum Christo potest hoc canticum canere, voce, corde, opere, & per vocem octavam ad cælestis harmoniæ penitentem suavitatem pervenire. Felix, qui ad resurrectiois octavam in æternitate potest peringere post circumcilionem cordis in tempore.*

Secundum documentum est, æternam quidem mundi beatitudinem in rebus quibusdam externis collocari, in opibus, honore, prosperitate, voluptate: Christianam beatitudinem internam esse, & consistere in humilitate & sæculi contemptu, in mansuetudine, in cordis munditia & misericordia, in iustu & persecutionum tolerantia. Quapropter S. August. de hoc Domini sermone agens c. 5. dicit: *Animadvertat quisquis delicias huius sæculi & facultates rerum temporalium quærît, in nomine christiano intrinsecus est beatitudinem nostram, sicut de anima Ecclesiastica ore prophetico dicitur: Omnis gloria filia Regis ab intus. Nam extrinsecus maledicta, persecutiones que permittuntur, de quibus tamen magna merces est in cælis.*

De hac re sic quondam allocutus est Dominus S. Terefam: *Existimasne, & filia, meritum consistere in fruendo? Imò patim consistit in patiendo. Non est audi-*

4. Esse in quo Christiana beatitudo consistit.

2. Documentum, in quo Christiana beatitudo consistit.

